Fragmentarium

Iordanis rippas alphei sui tempore messis
impleverat Iosue 3o Sicut dicit beatus au
gustinus de consensu ewangelistarum cum int(er)
omnes divinas auctoritates que sacris litteris
continentur merito ewangelium excellit non
mirum quia sicut dicit Crisostomus super matheum
in eo totius perfectionis summa colligitur Hinc
Intendens ergo Christo duce secundum mee tenuita
tis modulum ad exponendum sequencias
ewangeliorum dominicalium ut leguntur in ecclesia sti
lum accipe pro ingressu eiusdem negocii ad
commendacionem ewangeliorum capitulum verba premis
sa assumpsi Iordanis rippas In quibus qua
tuor sacrorum ewangeliorum describuntur quo ad tria
Primo quo ad sui efficaciam et misteriorum
profunditatem quod notatur in Iordanis signifi
catione cum premittit Iordanis 2o quo ad
ipsius congruenciam et modernorum studiosita
tem quod notatur in messis designatione
cum addit tempore messis 3o quo ad sui exube
ranciam et expositorum copiositatem quod
intelligitur in rippar(um) alphei compleccione
cum inponitur rippas alphei sui impleverat
Quantum ad primum efficacia misteriorum
sacri ewangelii attenditur penes multa et pre
cipue penes 8o que ex Iordanis fluvii
proprietatibus colliguntur Prima efficacia
sumitur ex nominis interpretacione Iordanis
enim interpretatur fluvius iudicantis ex quo col
ligitur efficacia ewangelii quia confert suis sec
tatoribus iudicandi potestatem et hoc in die
iudicii unde mt 19 vos qui secuti estis
me Secunda efficacia sumitur ex sui ori
ginatione originatur enim ex libano qui
est mons altissimus et fertilissimus per quem
divinitas intelligitur ex cuius ore illa flumina
ewangelica immediate profluxerunt secus de
aliis libris sacre scripture que mediante moy
se et prophetarum ibidem ergo ewangelio appro
priate per antonomasiam convenit illud Eccli
24o Ego ex ore altissimi prodii Tercia
sumitur ex regionum divisione Iordanis enim
fluvius dividit Iudeam et arabiam ut dicit
glosa Eccli 24o hoc est regionem fidelium
et regionem gentilium incredulorum Et
conera sacer fluvius ewangelicus distinguit
fideles ab infidelibus Quarta sola fide
ewangelii fideles ab infidelibus secernuntur
quemadmodum olim in veteri lege circumcisio
populum illum ab aliis distinguebat ut patet
Gen 17o Quarta sumitur ex eius apercione nam
Iordanis coram filiis israel se aperuit et eis
ad terram promissionis transitum prebens se
divisit sic ewangelium nobis transitum prebuit
ad illam terram promissionis de qua psalmista
Porcio mea domine sit in terra viventium
Cui quidem transitui primo tempore legis veteris
erat clausus sed Christo baptisato cum predicacio
ewangelii sumpsit inicium legitur quod celi aperti
sunt super eum mt 3o Quinta sumitur
ex eius retrocessione nam filiis israel transe
untibus per fluvium medium maris deducendo
archam federis steterunt aque superiores
in loco uno ad instar montis intumescentis
et exinde dicitur in psalmo Iordanis conversus est
retrorsum Pars vero aquarum inferior in
mare mortuum descendit ut dicitur Iosue 3o
Sic dum Christus qui per archam federis intelligitur
mistice predicatorem ewangelii defert ante
populum Pars credencium in stabilitate perseve
rans acceptam celestis glorie dulcedinem
fuerunt tenet pars alia in amaritudine peccatorum
defluens quasi salsi maris fluctibus mergitur
et hec ponitur in glossa ibidem unde Ioh
6o scribitur Ex multi ex discipulis ihesu abierunt
retrorsum et iam cum illo non ambulabant
Ecce pars in mare defluencium Et sequitur dixit ad
ihesus ad xii numquid et vos vultis abire Cum
credentes dixerunt domine ad quem ibimus
verba eterne vite habes Ecce pars in stabilitate
persistencium Sexta sumitur ex lepra in ea na
tacione sic legitur 4 reg 5o Sic effi
cacia sacri ewangelii duriciem peccati quod
per lepram intelligitur infirmitas cordis latere
non permittit sed per penitenciam ipsum foras
mittit Unde Christus cum predicare ewangelium
inciperet dixit penitenciam agite appropinquabit
enim vobis regnum celorum mt 4o Septima
sumitur ex Christi tactu et sanctificacione
quia Iordanis ex contactu mundissime carnis
Christi pre omnibus fluminibus meruit ab ipso sancti
ficari Unde ipso Iordane mediante sal
vator omnium regeneratiua omnibus aquis con
tulit et hoc nomine salutis sacramentum in aqua
fieri ordinavit in quo totius ewangelii

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3718, Cod3718_1r – Sacramentarium /Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-3wn3/2575/29542)